HIERONYMUS. PS. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. BEDA VENERABILIS
Göttweig, 2. Viertel 12. Jh. Seite 54r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



credentiū seminet. Ab alius ipse homo seminans
in agro suo hoc ē in semetipso & in corde suo.
Quis ē iste q̄ seminat n̄ sensus n̄r & animꝰ qui
suscipiens granū p̄dicationis in fouens se men
tē humore fidei. facit in agro sui pectoris
pullulare. Predicatio euangelii minima est
om̄ib⁹ disciplinis. Ad primā quippe doctrinā
fidē n̄ habet ueritatis. Hominē d̄m xp̄m mor
tuū & scandalū crucis p̄dicans. Confer huiꝰce
modi doctrinā dogmatib⁹ philosophoꝝ & libris
eoꝝ & splendori eloquentie. conpositioniq; ser
monū. & uidebis quanto minor sit ceteris semi
nib⁹. sem̄tis euangelii. S; illa cū creuerit. nihil
mordax nihil inuidū nihil uitale demons
trat. totū flaccidū marcidūq; ebullit. in ho
lera & in herbas. que cito arescunt & corruunt.
Hec autē p̄dicatio que parua uidebat̄ in p̄nci
pio cū uel in animas credentis. uel in toto mun
do sata fuerit. n̄ exsurgit in holera s; crescit in
arbore. ita ut uolucres celi quas animas cre
dentiū. uel fortitudines d̄i seruitio mancipa
tos. sentire debem⁹. ueniant & habitent in ra
mis ei⁹. Ramos puto euangelice arboris que
de grano sinapis creuerint dogmatū ēē diuer
sitates. In q̄b⁹ supra dictarū uolucrū una queq;
requiescit. Adsumam⁹ & nos pennas colūbe ut
ad altiora uolitantes possim⁹ habitare in ramis
hui⁹ arboris & nidulos nobis facere doctrinarū.